Peregrinaciones Terre sancte que a modernis
peregrinis visitantur Que sunt dedicate per
sanguine xpi et eius vestigia mansiones
et prodigia miraculis sive gloriose et aliorum electorum
Et est sciendum quod in illis locis in quibus
est signum crucis ibi est plena indulgencia
a pena et a culpa In aliis vero locis sunt
Septem anni et Septem carene et xl dies
indulgenciarum Que concesse et confirmate sunt
a Sancto Silvestro papa qui dicta loca
personaliter visitavit ad preces Sancti et magni
Constantini imperatoris Et Sancte helene
matris eius

Peregrinaciones Joppen .r. Assa usque ad Iherusalem

Primo in civitate Joppen est locus ubi Sanctus petrus
suscitavit Tabita servitricem apostolorum
Et ibi prope est locus ubi sedit petrus ad piscandum
stabat Et est lapis ubi xpus dixit Venite
post me Item prope Rama est civitas lidde in
qua est ecclesia Sancti Georgii ubi fuit martirizatus
Ibi etiam est locus in quo Sanctus petrus sanavit
Eneam paraliticum Item Castrum Emaus

est prope Iherusalem In quo est Ecclesia vbi duo discipuli
cognouerunt xpm in fractione panis Ibi est
et Sepulchrum ~~Sci~~ Cleophe qui fuit vnus
de discipulis xpi Item ciuitas Ramata in qua
natus est Sanctus Joseph nobilis qui xpm depo
suit de cruce Ibi est etiam ecclesia et sepulcrum
Samuelis prophete

¶ Peregrinaciones ciuitatis Sancte Iherusalem

¶ Primo In circuitu ciuitatis est plenaria abso
lucio a pena et a culpa ✠ Item ibi est ecclesia S.
Stephani In qua est mons Caluarie In quo
xpus est crucifixus ✠ Item locus in quo xps
fuit reclinatus vnctus et linteamine inuolutus
postquam depositus fuit de cruce ✠ Item Sanctum
Sepulchrum In quo xps fuit sepultus et ibidem
resurrexit gloriose ✠ Item ibi xps apparuit
marie magdalene in forma ortulani Item ca
pella S. marie virginis In qua xps matri sue ap
paruit Item in medio capelle est locus vbi quidam
defunctus reuixerit virtute Sancte crucis Item locus
vbi dimidia pars crucis stetit ad trecentos annos
Item est ibidem in quadam fenestra columpna ad

qua xps fuit ligatus et verberatus in domo pilati
Item Carcer xpi In quo vinctus et tentus fuit
quousque Sancta crux fuit preparata Item locus
vbi fuerunt diuisa vestimenta xpi Item Cap
pella Sancte helene imperatricis Item locus sub
Cappella vbi inventa est Sancta Crux Corona
xpi Claui et ferrum lancee longini ✠
Item alia Columpna ad quam xps fuit ligatus
et coronatus Item locus vbi inventum fuit caput
Ade Item medium mundi Item extra ecclesiam sunt
quatuor Cappelle quarum vna est Sancte marie virginis
et Sancti Johannis ewangeliste Secunda Sanctorum Angelorum
Tercia Sancti Johannis baptiste Quarta Sancte marie magdalene

Peregrinaciones per Ciuitatem Iherusalem

Primo ante portam ecclesie est magna platea In
cuius medio est locus vbi xps requieuit modicum
portando crucem Item domus diuitis qui micas
panis lazaro negauit Item Triuium in quo
Iudei angariauerunt Symonem ut tolleret
crucem xpi Et ibidem vertit se ad mulieres
dicit Nolite flere super me Item locus in quo
primo virgo maria vidit xpm baiulantem

cruce et volnatus Item duo lapides albi sup
quos xps modicum quievit cum cruce Item Sco
la bte marie in qua didicit litteras Item domus
pilati in qua xps fuit conceptus volnatus co
ronatus et morti adiudicatus ✠ Item ubi
xps dimisit pecca marie magdalene Item
domus herodis ad quam xps fuit ductus de
risus et veste alba derisione indutus Item
probatica piscina Item Templum dni in quo
maria virgo fuit presentata et desponsata
Et xps presentatus in die purificationis et ibi
doctores predicans invenitus ✠ Nota quod xp
ani non intrant dictas ecclesias Item ecclesia
Ste Anne in qua virgo maria fuit nata
et in qua Sta anna fuit sepulta Item porta
Sti Stephani per quam fuit ductus extra civitatem
ad lapidandum Item porta aurea per quam
xps intravit in iherusalem in die palmarum ✠
Peregrinationes vallis iosaphat O Ihesu
Primo locus ubi S Stephanus fuit lapidatus
Item Torrens cedron Et dicitur quod lignum
Ste crucis stetit ibi pro ponte per multa

74

xpi Et regina Saba noluit transire per dictum pontem quia cognovit quod redemptio gene humane compleretur per illud lignum Item Ecclesia et Sepulcrum marie virginis et sunt ibi xlviii gradus descendendo ad dictum sepulcrum ✠ Item locus in quo xpus ter oravit ad patrem et sudaverat de corpore eius gutte sanguinis O bone Ihesu

Peregrinaciones montis oliveti

Item primo in radice montis ortus in quo xpus captus et ligatus fuit ✠ Item locus ubi petrus amputavit auriculam ~~malchi~~ malchi Item locus ubi xpus apostolis dixit Sedete hic Item locus ubi Thomas apostolus recepit zonam a virgine marie ascendente in celum Item locus ubi xpus flevit super civitatem iherusalem Item locus ubi angelus presentavit virginem marie palmam dicens ei Tali die assumpta eris in celum Item locus qui dicitur Galilea in cacumine montis in quo xpus apparuit xi discipulis Nota quod in isto monte omnes indulgentie concesse sunt que habentur in locis que xpiani visitare non possunt ✠ ~~[illegible]~~

~~Deinde de monte oliueti~~ Item etiam est locus
ubi xpistus ascendit in celum et ibi apparet vesti
gium xpi ✠ Item ecclesia et sepulcrum sancte
pelagie Item bethphage Item etiam est
quarti euuangeliste [?] in qua apostoli composuerunt Credo
in deum etc. Item ibidem prope lapis et locus in quo
xpistus tradidit actu [?] beatitudines Vlach [?] Item p
Item ecclesia in qua xpistus docuit apostolos suos o
rare et dicere Pater noster Item locus ubi beata
virgo maria pausabat fatigata visitando
omni die ista sancta loca Item etiam sancti Jacobi
minoris in qua xpistus sibi apparuit in die pasche
et ibidem postmodum fuit occisus et ibidem etiam
sepultus Ibidem etiam est sepultus zacharias
propheta Est etiam ibi prope sepulcrum michol [?] filie
pharaonis Est ibidem prope de radice arboris
in qua Judas laqueo se suspendit et in terra [?] ...

Peregrinationes vallis Syloe

In valle Syloe primo est ibi fons in quo beata
virgo maria lauit panniculos xpi cum ipsum
presentauit in templo Item fons Syloe ubi cecus

per xpm fuit illuminatus Et ibidem fons dicitur
natatoria Syloe Item locus ubi per medium
fuit sectus seu serratus a iudeis ysayas propheta
et ibidem sepultus Item Campus sanctus Achelde-
mach qui fuit emptus xxx argenteis
quibus Iudas vendidit xpm et est sepultura
peregrinorum Item Spelunca discipulorum ubi ab-
sconderant se et [illegible] in illa virgine
propter metum iudeorum

Peregrinaciones Sancti Montis Syon

Domus ubi petrus flevit amare super ne-
gacione xpi Item locus ubi iudei voluerunt
rapere corpus Marie virginis quod ad sepeliendum
portabatur Item Ecclesia Sancti angeli que erat
domus Anne pontificis ad quam xps fuit
primo ductus ligatus contemptus examinatus colla-
phisatus alapis cesus et ibidem derisus Item
Ecclesia Sancti Salvatoris que fuit domus Cay-
phe pontificis in qua xps fuit contemptus examinatus
sputo fedatus velatus et in capite percussus
et a petro negatus Et ibi est super altare lapis
monumenti Christi magnus et spissus

Jtem Ecclesia beatissime virginis Marie in qua est
locus ubi ipsa stetit per xxiiij annos post
mortem xpisti et ibidem ipsa migravit de hoc seculo
✠ Jtem locus ubi sanctus Johannes ewangelista missam
celebravit virgini gloriose Jtem locus ubi sanctus
Mathyas fuit electus in ordine apostolorum Jtem
Oratorium sancte Marie virginis ad tenaculum
Jtem ubi sanctus Stephanus fuit sepultus cum gama
liele et abiba etc Jtem ubi xps aliquando predica
bat apostolis et matri sue Jtem Sepulcrum david
Salomonis et aliorum regum Jtem ubi fuit as
satus agnus paschalis Jtem locus in quo virgo
maria sedebat in predicatione filii sui Jtem Ce
naculum in quo xps comedit agnum paschale
cum apostolis et constituit ordinem sacerdotum et contulit
sacramentum corporis sui ✠ Et ibi ipse lavit
pedes discipulorum Jtem ubi apostoli acceperunt
spiritum sanctum in die penthecostes ✠ Jtem in habitu
fratrum e capella et locus ubi xps apparuit
discipulis januis clausis et beato Thome et
dixit Thome cum tetigisset latus eius
Noli esse incredulus Jtem ubi beatus Jacobus

e decollatus et miraculose venit in galileam
Item ubi xpus apparuit tribus mariis dicens
eis Avete etc

Peregrinaciones Bethanie

Primo castellum et sepulcrum sancti lazari quem
xpus vocavit de monumento ✠ Item ibidem
locus in quo xpus stetit et lacrimans vocavit
lazarum Item domus Symonis leprosi in qua
Maria magdalena fracto alabastro unxit
caput Ihesu et domus repleta est ex odore unguenti
Item locus ubi martha dixit Ihesu domine si fuisses
hic frater meus non fuisset mortuus Item domus
Marthe ubi dixit dic ergo illi ut me ad-
iuvet Item domus Marie magdalene in qua
ipsa tunc stabat quando martha dixit ei Magister
adest et vocat te

Peregrinaciones filii dei in Bethlehem

Primo ubi stella reapparuit magis Item
ubi magi fuerunt hospitati Item ecclesia
ubi natus fuit helyas propheta Item Sepulcrum
Rachahel Item ecclesia sancte marie virginis
in qua est locus in quo xpus natus est ✠ Item

presepe domini ✠ Item ubi puer Ihesus est circumcisus
Item locus ubi stella disparuit magis Item
Cappella sancti Ieronimi et sepulcrum eius est
etiam ibidem in cappella scola et kathedra ubi
transtulit psalterium et bibliam de hebraico in la-
tinum Item Cappella Innocentum et sepulcrum
eorum Item etiam sancti Nycolai in qua est se-
pultura paule et Eustochij virginum Item
etiam marie virginis in qua angelus docuit
ipsam et Joseph viam egipti Item etiam ange-
lorum in qua angelus dixit pastoribus Annuncio
vobis gaudium magnum et angeli cantauerunt
gloria in excelsis deo Item etiam et sepulchrum
xij prophetarum Item sepulcrum sancti Sabee abbat-

Peregrinaciones fluminis Jordanis

Primo monasterium sancti Joachim et Anne
parentum virginis marie Item mons Karen-
tene in quo christus Jeiunavit xl diebus et xl
noctibus ✠ Item in sublimitate ipsius montis
est locus ubi diabolus temptauit christum dicens hec
omnia dabo tibi etc. Item Ciuitas Jericho in q

xpc fuit hospitatus in domo Zachei Item
ubi xpc illuminavit cecum Item monasterium s
Johannis baptiste

Flumen Jordanis

Item monasterium sancti Jeronimi in vasta
solitudine Item mare mortuum in quo sub
mersae sunt quinque civitates Sodoma Gomorre
Item ultra flumen Jordanis est desertum ma
rie egyptiace

Peregrinaciones in montana Iudee

Primo monasterium sancte Crucis ubi crevit
unum de lignis sancte crucis Item domus Sy
meonis qui xpm portavit in templo Item
ecclesia sancti Johannis baptiste in qua virgo ma
ria intravit et salutavit Elizabet et dixit
Magnificat anima mea dominum Item ubi sanctus
Johannes baptista fuit natus Item domus Zacha
rie in qua accepit pugillare et scripsit Joh
est nomen eius et dixit Benedictus dominus deus Israel
Item ibidem est lectus virginis marie Item ibidem est
fenestra in qua sanctus Johannes baptista fuit absconsus
tempore persecucionis puerorum Item ubi sanctus
baptista fuit natus ubi nunc est una ecclesia etc.

Peregrinaciones vallis Mambre

Item in valle mambre est locus ubi Abraham
tres vidit et unum adoravit Item Ebron
ubi sepulti sunt Adam Abraham Ysaac et
Jacob et eorum uxores Item ubi Adam formatus
fuit Item cisterna in qua Joseph fuit proiectus
Item desertum ubi sanctus Johannes baptista egit penitenciam

Peregrinaciones sancte Nazareth et ceterorum locorum per Galileam

Primo ubi fuit sepultus sanctus Stephanus prima
vice Item Abiema castrum in quo est ecclesia sancte
Marie virginis ubi maria agnovit se puerum
Ihesum xpm perdidisse Item puteus Samaritane
Item civitas Sychar ubi sepulta sunt ossa Jo
seph venditi Item civitas Sebastis ubi sanctus
Johannes fuit incarceratus et decollatus Item
castrum ubi xps mundavit decem leprosos
Item civitas Naym ubi xps resuscitavit
filium vidue Item in civitate nazareth est
ecclesia in qua virgo maria fuit salutata ab
angelo et concepit salvatorem mundi ✠ Item
fons de quo xps portavit matri sue aquam

Item fons iudei voluerunt precipitare xpm Ihesus
autem transiens per medium illorum ibat Item mons
thabor in quo est transfiguratus ubi petrus dixit
Domine faciamus hic tria tabernacula ✠ Item
ciuitas Capharnaum ubi xpus fecit multa
miracula Item Chana Galilee ubi xpus
mutauit aquam in vinum Item mare galilee
ubi xpus fecit multa signa Item mare Ty-
beriadis ubi xpus ambulauit siccis pedibus
Item locus ubi xpus vocauit matheum de Telo-
neo Item mons in quo xpus satiauit quinque
nota q milia hominum de septem panibus Item ciuitas
Sydon ubi mulier xpo dixit Beatus venter
qui te portauit Item ubi xpus resuscitauit
filiam Archisynagoge Item Ciuitas Tyrus
ubi xpus sanauit chananeam Et sunt ibi
multa alia loca sancta que non possunt a peregrinis
visitari propter Saracenos

Peregrinaciones damasci.

Apud damascum est locus ubi xpus dixit Saule
Saule quid me persequeris Item in muro est
fenestra per quam sanctus paulus exiuit Item ista

ciuitate est domus vbi sanctus Paulus fuit bapti-
satus. Item Ananye domus discipuli xpi qui
sanctum paulum baptisauit

Peregrinaciones Montis Synay

Primo vbi est ciuitas Bazara in qua Sampson
fuit mortuus. Item in monte Synay est mona-
sterium et eciam sancte marie de rubo in qua
requiescit corpus sancte katherine. Item post tri-
bunam istius ecclesie est locus vbi deus apparuit
moysi de medio rubi ✠ Item in medio
montis vbi helyas fecit penitenciam. Item in sum-
mitate montis dedit deus tabulas legis
moysi. Item meridianus in quo est locus vbi sanctus
Honoferus fecit penitenciam. Item alius mons
sancte katherine in cuius summitate angeli
corpus eius deposuerunt. Nota in baruch sanctus
Georius liberauit virginem a dracone et ibidem
videtur antrum draconis. Item mare rubrum

Peregrinaciones Terre Egypti

Primo in ciuitate Massare vel Kayre est
sunt multe ecclesie inter quas est eciam sancte
marie ~~de [illegible] in qua ipsa cum puero~~

~~stetit septem annis~~ Item ecclesia sancte Marie
de colapna in qua est corpus sancte barbare virginis
Item flumen quod fluit de paradiso terrestri
Item vinea balsami Item monasteria sanctorum
Anthonii et pauli heremite Macharii et
multorum aliorum. Item capitalis civitatis mis-
sare per terras dictas terra egipti est quedam
parum nomine Menffeluto in qua est monasterium
Iacobitarum nomine Elmaranate Ibi est ca-
pella ubi beata virgo Maria stetit per septem
annos cum Ihesu filio suo et Joseph Item
Celebratur ibidem festum ab omnibus christianis
terre egipti in die palmarum Item civitas
alexandria in qua sancta katherina fuit
martirisata Item ubi mortuus est sanctus
Johannes elemosinarius Item ubi sanctus
Marcus ewangelista fuit natus et sepultus
sive martirizatus et sepultus etc. Deo gratias

Ordo processionis fratrum et peregrinorum in ecclesia Sancti Sepulchri in Iherusalem

Primo precedit crucem ferens et alii fratres bini et bini sequuntur. Et peregrini sequuntur tenentes candelas in manibus cantando Antiphona Regina celi etc. Iste antiphona Apprehendit Ihesum pilatus et ad columpnam ligatum fortiter flagellavit. Versus Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit. Oratio.

Adesto nobis domine salvator per tuam penalem flagellacionem et per tuum stillantem et aspersum sanguinem preciosum ut omnia peccata nostra deleas nobisque tuam graciam tribuas et ab omni peccato et adversitate nos protegas et ad vite eterne gaudia perducas Qui vivis et regnas cum deo patre etc. Ista superius dicta dicuntur in capella Sancte Marie ob reverenciam columpne que ibi habetur. Deinde precedunt ad locum ubi dominus apparuit Marie Magdalene in forma ortulani cantando letaniam Antiphona Surgens Ihesus mane prima sabbati apparuit primo Marie Magdalene de qua eiecerat septem demonia

℣ Maria noli me tangere Nondum ascendi ad
patrem meum Oratio. Benignissime Ihesu
xpe domine Alpha et o qui mane prima sabbati
Marie magdalene dulciter lacrimanti te affa
bilem iocundis confabulacionibus et vultum desiderabilem
prebuisti Concede nobis indignis famulis tuis
ut iocundissima faciei tue plena gratie in celesti
gloria mitis tue resurrectionis videre valeamus
Qui vivis et regnas cum deo patre in unitate —
Resumatur letania et cantetur versus ad car
cere xpi deinde An. Ego te eduxi de cap
tivitate egipti demerso pharaone in ma
ri rubro et tu me tradidisti carceri obscuro
℣ Dirupisti domine vincula mea Tibi sacrifica
bo hostiam laudis Oratio Domine ihesu xpe
angelorum decor gaudium et libertas mundi
qui pro mea redemptione capi ligari carcerari
alapis cedi [redacted] et conspui voluisti
presta nos quos indignos famulos tuos penas
et contumelias pro tui nominis gloria letanter suscipe
ut ad tue pietatis consortium mereamur feliciter

premiare Qui vi Sequitur ad locum diuisionis vestimentorum An Milites postquam crucifixerant ihesum acceperunt vestimenta sua dantes vnicuique militi partem V Diuiserunt sibi vestimenta mea Et super vestem meam miserunt sortem

R Emigrissime domine ihesu xpe qui pro mea oro redemptione ab indignis peccatorum manibus non solum in cruce nudus suspendi et mori voluisti sed et tua sanctissima vestimenta partiri et donari permisisti Concede ut spoliati vicijs virtutibus adornati tibi deo vero viuo et vero in celesti gloria presentari mereamur Qui viuis

Deinde ad locum inuentionis Sancte Crucis cantatur ymnus O Crux aue spes vnica etc

R Orabat iudas deus deus meus ostende mihi lignum Sancte Crucis V Cumque ascendisset de latu prexit ad locum vbi iacebat sancta crux

V hoc signum crucis erit in celo Cum dominus ad iudicandum venerit oro D Eus qui in preclara salutifere crucis inventione passionis tue miracula suscitasti Concede ut vitalis ligni pro eterne vite suffragia consequamur Qui vi-

86

Deinde ascendendo ad Cappellam Sancte helene

ymnus Hinc obtentu etc. A. Helena Con
stantini mater Jerosolimam petiit alla V.
Ora pro nobis beata helena Ut digni ef. Oro

Deus qui inter cetera potentie tue mira
cula etiam in sexu fragili virtute recte inte
tionis roborasti Presta quesumus ut sancte hele
ne regine exemplo cuius studio desiderata
regis mei lignum sancte crucis detegere dig
nata est ea que xpistus sunt iugiter indagare
atque consequi te faciente mereamur Qui vi

Deinde ad columpnam Coronationis xpisti ymnus
O crux aue etc. A. Ego dedi tibi sceptrum
regale et tu meo capiti imposuisti spineam
coronam V. Posuisti domine super caput eius Co.

Oratio
Domine Jhesu xpiste qui humano genere
condolens coronam spineam in tuo sacratissimo
suscepisti capite Et sanguinem tuum pro salu
te omnium fudisti Respice ad indignas preces
meas ut a te clementer exaudita indulgentiam
et remissionem omnium peccatorum nobis tribuas pro tua
magna misericordia et immensa Qui cum deo pre

Memoria passionis christi tantum tollerandum facit facillima. Unde Bernhardus
Si passio Christi ad memoriam reducatur nil adeo durum est quod non equo animo
tolleretur

Inde ad montem Calvarie ascendendo can-
tent ympnum Vexilla regis Antiphona Ecce locus
ubi salus mundi pependit venite adoremus
V. Adoramus te Christe et benedicimus tibi Quia per crucem tuam etc.
Domine Ihesu Christe fili dei vivi qui hunc sac-
ratissimum locum pro salute humani generis proprio
tuo sanguine consecrasti atque hora tercia duci
voluisti ibique te spoliari vestimentis tuis a
militibus permisisti ac deinde diei hora sexta
in cruce suspensus pro peccatoribus exorasti matrem-
que dolorosam virginem virginum commendasti ad
ultimum hora nona in manibus patris clamans
orans et lacrimans spiritum tradidisti Et ibidem
corpus tuum sanctissimum lancea perforari susti-
nuisti Concede nobis ut nos et omnes qui tuo
sacratissimo sanguine redempti sumus et tue pas-
sionis memoriam celebramus eiusdem passi-
onis beneficium consequi valeamus Qui vivis
Deinde descendendo ad locum ubi Christus fuit
unctus unguento et lacrimis cantando Pange
lingua Antiphona Unguentum effusum nomen tuum ideo Ihesu
adolescentule dilexerunt te nimis V. Dilexi

ysti iusticiam et odisti iniquitatem propterea benedixit te deus i[n]

Dulcissime Jhesu Christe qui in tuo Oratio sacratissimo corpore tuorum condescendens devotorum fidelium ut te verum regem et sacerdotem ostenderes inungi ab eisdem tuis fidelibus voluisti Concede ut corda mea unctione spiritus sancti valeant ab omni infectione peccati continue preservari Qui cum patre et spiritu sancto i.

Deinde versus sepulchrum cantum transeundo cantet ympnum Ad cenam agni providi et sto. [red word, illegible] Que totus non capit mundus hic uno saxo clauditur atque morte iam perempta inferni claustra abigit Versus Surrexit dominus de hoc sepulchro Qui pro nobis pependit in ligno

Oratio Domine Jhesu Christe qui hodie diei vespertina de cruce depositus et in brachiis dulcissime matris tue ut pie creditur reclinatus fuisti horaque ultima in hoc sacratissimo monumento corpus tuum exanime contulisti Et die tercia mortalitate deposita gloriosus exinde surrexisti Angelos quos cuncte resurrectionis

testes apparere iussisti Et Maria mag-
dalena sacramabilis te querentem primum in hoc
loco tua presentia consolatus fuisti Tribue quesumus
ut nos et omnes quos in oratione commenda-
tos suscepimus qui de tua passione et morte
memoriam facimus Resurrectionis gloriam et
vite eterne gaudium consequamur Qui vivis et
regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus

Deus qui ad consilium de mee redemptionis misterium
beatum prothomartirem eligisti libera eum quem ab consortia pagan-
norum et restitue eum cultui sancto ut gentium credulitate
confusa ipse ymnum in te gaudens de tue virtutis potentia
gloriatur Per eundem dominum nostrum et cetera Ab ore via

Amo deum super
omnia bona
sua